

de adipisc. posses. remedio. l. q. 29. n. 104. & sequentibus. Et eodem modo intelligitur regula, dolo facit. Vt ibi explicat Dynus. n. 3. & Bart. naturaliter. s. nihil cōmune. n. 2. ff. de acquir. posses. Et eodē pacto est intelligenda. lilla regia. 27. vt exponit ibi Greg. Lopez. verb. que se entregal se. Vnde diuersum est in nostro casu, in quo de recuperanda iam adepta possessione, & per iniustū spoliū ablata, agitur.

25 Secunda conclusio. Vt possit coniux adulter expelli ab habitatione, propria auctoritate, minimē expectata Ecclesie sententia; ita vt in foro externo non cōpetat adultero beneficium restitutionis, desideratur adulteriam ita notorium esse, vt nulla proflus tergiversatione celsari possit: prout explicuit tertia sententia. n. 13. relata, que placet omnino mihi. Quoniam cū coniux adulter sit in possessione pacifica, vt illa, propria innocenti auctoritate spoliatur, sibiq; hęc publica quasi pœna absque iudicis auctoritate inferatur, nec statim competat sibi restitutio: æquum est, vt ita notorium sit adulterium, quod spoliati causam præbet, vt oculis pateat. Causa enim restitutionis gaudet multis priuilegijs: ob rationes. num. 14. & 22. allatas. Quid verò, si coniux ob impotentia spoliatus fuerit in iudicio se fornicatū dixi lib. 7. disp. 12. ad nu. 15.

26 Quod si agenti adultero vt restitatur, opponat coniux innocens adulterium ita notorium (vt prædiximus,) quod restitutionem impediat: oportet id notorium probari, vel per euidentiā rei, vel per adulteri ipsius in iudicio confessionem: vnde ad impediendam restitutionem non potest per testes probari. Eod quod causa restitutionis sit valde fauorabilis, & multis gaudēs priuilegijs. c. finali, de ordine cognit. Ita Abbas. c. penultimo. n. 4. de adult. Et constat ex eo textu, ibi, *Mādamus quatenus nisi tibi constiterit, vel per euidentiā rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata sponte fuisset, ipsum recipere compellat eandem* Vbi Glossa, verb. cōfessionem, explicat, *scilicet in iure*. Et verb. euidentiā, explicat, *vt quia publicè fuit fornicata, vel solum ex adulterio susceptū habet restem*. Quam Glossam ibi explicantes Abb. r. 6. & Anan. n. 10. dicunt non accipi publicè, ita vt omnibus videntibus sit publicè profittata: sed si recedens à viro adhæsit publicè concubinario, illum in eadē mensa, & lecto retinens: vel passim admittat

tebat viros ad adulterandum: vel filium habet, cū tanto tēporis intervallo à mari separata sit, vt ex illo concipere neque rit, vt si à partu tempore trāctus sit annus, ex quo non habitat cum marito.

27 Hoc autem notorium satis est si tale iudici, vel alijs, dum modo probationes sint in promptu, secus si terminus prolixus petatur. Ita Innoc. c. significasti. n. vnic. vers. item intelligo, de diuort. Anton. ibi. nu. 8. Cardin. n. 7. Præpos. n. 4. Vnde Archid. c. fin. n. 1. de restit. spoliati. in 6. & ibi Dominicus. n. 13. vers. in ea Glossa, dicunt quādo constat iudici de notorio in iure proprietatis defectu, ipsum debere restitutionem denegare, absq; alijs probationibus: vt parcat laboribus, & sumptibus litigantium. Et id deducunt ex eo textu, in quo ex confessione petentium decimas sibi restitui, quibus spoliati erant, constat decimas ad ipsos minimē pertinere: & ita Pōtifer restitutionem denegat. Quando autem nō est notorium ex ipsis actis defectus proprietatis, petētis restitutionem, sed est notorium alijs, & ita ea notoreitas probanda est breui mora, vt denegetur restitutio: eam breuiem moram credant quidam esse spatium octo dierum, per c. soler, vers. in prima, de sentent. excommu. in 6. ibi, *Nisi eum excommunicatum pro manifesta dicitur offensa: in quo casu terminus octo dierum indulgetur se dicenti*. Et ita intelligo Hostensem in sum. tit. de diuortijs. n. 7. Ioanem Andr. c. fin. n. 1. de adult. & ibi Antonium. n. 4. Anch. n. 3. Cardin. r. oppositio. i. Henricum. c. literas. n. 4. de restit. spolia. vbi hoc textu dicit, *aiunt notorium dici quod octo dierum spatium probari potest*. Subdunt Ioan. Andr. Anton. Anchar. Cardin. alios sentire hoc spatium esse duorum mensium. Et alios opinari esse spatium quod illa instantia durat. Et nullam harum opinionum reprobat. Sed melius Ananias eo. c. fin. n. 1. dicit fortē tutius esse, id spatium committi iudicis arbitrio: per notata cap. licet, iuncta glossa, verb. mensium, de probat. Quod consonat ijs que. n. 23. diximus.

28 Tria hic obseruanda sunt. Primum est, si coniux expulsi ob adulterium ita notorium, vt oculis pateat, & nulla possit tergiversatione celsari, petat restitutionem, allegans adulterium expellentis, ac proinde compensationem faciendam esse: non erit statim restituendus, nisi fuerit simili modo notorium adulterii expellentis, quod

per

per modum compensationis obicit: sed audientur probationes, & si id probauerit, restituetur. Ita per illum textum docent Gloss. c. significasti, verb. nisi constaret, de diuort. & ibi Innoc. n. vnic. eodē verb. Host. in fine, Anton. nu. 8. Abbas in fine, Alexander de Neuo. n. 8. Præpos. n. 4. Ioan. Andr. c. fin. n. 1. de adult. vbi Anton. n. 4. Et ratio est, quia coniux expulsus agit tunc, vt in possessionem, qua iuste ob adulterium notorium spoliatus est, restitatur. Quare cū possessio stet pro spoliante, non cogendus est ad eam restituendam, nisi cōstet notoriè de suo adulterio, quod ei per modum compensationis opponitur.

29 Secundum est. Si coniux non repulsi- fed coniugem adulterantem, quanuis notorium, sed peteret diuortium, & adulter ille notorius tueretur se adulterij etiā occulto coniugis petentis diuortium, exceptio: audienda esset ea exceptio. Quia petens diuortium agit tunc iudicio petitorio. Ita Innoc. Abbas, Præpos. Alex. de Neuo. n. precedenti allegati. Anton. c. significasti. n. 8. de diuort.

30 Tertium est. Quidam temperant vt coniugi spoliato denegetur restitutio ob adulterium eius notorium, quando id admittit post spoliā, secus si ante. Et ita conciliant c. porro, & c. significasti, de diuort. vt illud concedens restitutionem in adulterio notorio, intelligatur de cōmisso ante spoliū: hoc autem illam denegans, de cōmisso postea. Ita Goffredus summa, tit. de conuers. coniug. n. 7. fin. & ibi Host. n. 9. Ioan. Andr. d. c. significasti. nu. 8. Henricus ibi. nu. 5. & c. vxoratus. n. 6. de conuers. coniug. Albericus in dictionario, verb. matrimonium. 8. vers. quid si aliquis coniugem. Friburgo in summa confessorū, lib. 4. tit. 19. q. 2. Astenis. 2. par. sum. lib. 8. tit. 1. ar. 2. q. 8. Brunel. de sponsal. concl. 30. n. 12. casu. 4. Gaet. c. ad limina. 30. qu. 5. 4. nu. 21. 6. Graff. 1. p. decisio num. lib. 2. c. 84. n. 13. & 2. p. lib. 1. c. 12. n. 66. Sed merito reprobat hanc distinctionem Cardin. d. c. significasti. n. 2. oppositione. r. & ibi Præpos. n. 4. dicentes denegari restitutionem ob adulterium spoliati notorium, siue admissum ante, siue post spoliū. Quod nulla sit differentia ratio. Imò cū adulterii spoliati post spoliū commissum, sit leuius, ac minori pœna dignum, vt potè cui iniuste spoliatus aniam dedit, minus impedire debet vt sibi cōiux spoliatus restituatur, quàm adulterium patratum ante spoliū. Et ita d. c. significasti tāquam casum de quo poterat dubitari, decidit adulterii notorium spoliati post spoliū admissum impedire sibi restitui spoliantem, non obstantem quod spoliatus aniam dederit: & tanquam manifestum supponit, adulterii admissum ante spoliū à fortiori impedire restitutionem: vt potè quod turpius, ac nulla data occasione est perpetratum. Atque huic etiam sententiæ fauent Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. nu. 12. & Enriq. lib. 11. de matrim. c. 17. nu. 2. vbi indistinctè aiunt non concedendam restitutionem cōiugi spoliato, ob adulterium eius notorium.

Tertia conclusio. Coniux adulterij sui coniugis conscius potest in foro conscientie, secluso scandalo, ab eius habitatione diuertere, quanuis adulterium sit occultum, nec ad id aliqua iudicis sententia desideratur. Probat ex. c. dixit Dominus 32. q. 1. quod est. D. Hieronymi in. c. 19. Marth. ibi. *Vbi coniux fornicatio est, vel fornicationis suspicio, liberè dimittitur vxor*. Nam verbum, liberè, est canon late sententiæ, & denotat nullam requiri licentiam, vel sententiam (va probauit lib. 1. disp. 54. n. 6.) & late probat Tiraquel. l. si vnquam, verb. reuertatur, à nu. 13. 4. vñ; ad. 138. Secundò probatur ex. c. de Benedicto. 32. q. 1. quod est Pelagij Pontificis, vbi deciditur non compellendum esse virum recipere vxorem, quæ ab ipso recessit, & fornicata est. At si sententia diuortij desideraretur, cōpelleretur vtique; vñ; ad illam. Tertio, quia Christus Matth. 5. & 19. absolutè dixit licitam esse dimissionem coniugis propter adulterium, non distinguens inter publicum, & occultum. Et licet fiat distinctio. c. significasti, & c. porro, de diuort. intelliguntur tamen ij textus in foro externo.

Quarto, qui in foro conscientie non tenentur quisquam contrafactam fidem seruare eiusdem fidei violatori. Quintò, quia in foro conscientie est licita dimissio coniugis adulteri occulto, quoad thorū, & debet coniugale reddendū (vt probauit. nu. 5.) Ergo & quoad habitationem, si scandalum cesset. Cū maior sit obligatio reddē di debiti, & ex illa cohabitandū obligatio confurgat. Et idēd hanc conclusionem sustinent, Abbas. c. fin. nu. 6. de adult. & ibi Barbatius eius Ad ditionator super, verb. domo. Nata consil. 116. nu. vnic. Sotus. 4. d. 3. q. vnica, art. 3. ad finem corporis. Nauar. summa latina. c. 22. n. 23. fin. Et lib. 3.

confil. tit. de conuers. coniug. in priori editione, confil. 5. fine, in posteriori, confil. 14. fine. Palacios. 4. dist. 27. disput. 3. colum. 15. verlic. at forsan rogatas, folio. 599. Barbosa rubrica. ff. soluto mari. 2. p. n. 26. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 17. nu. 2. Et colligitur ex Turrec. 32. q. 7. in sum. artic. 1. n. 6. Et ex Bellarmino lib. 1. de matrim. c. 14. secundum est, vbi totam rationem cur non liceat hęc dimissio, quando occultum est adulterium, referunt ad scđalum: atq; ita clarę sentiunt cessante scandalo licitam esse in foro conscientię. Idę tenent Doctores, quos nu. sequenti referam, asserentes id licere cessante scandalo. Et idę Aurores. nu. 33. allegadū sentiūt, dum eam dimissionem concedunt esse licitam, quoties matrimoniu est clandestinu, eod quod tunc scandalu cesserit. Idem aperit sentiūt Host. c. porro. n. 3. de diuor. & ibi Ioan. And. n. 3. Anchar. n. 9. Alex. de Neu. n. 9. dū dicunt fas esse viro dimittere vxorę, quoad debitum, & mutuā seruitutem, ob violētā adulterij suspiciōe, quāuis in foro externo cogetur redire, do nec adulterium constet. Quare audiendus non est Ledesma, qui 2. p. 4. q. 64. artic. 3. paulo post principium, ait virum potētē probare adulterium, posse propria auctoritate omninā ab vxore recedere: at si non possit probare, solū ei licere negare debitum. Eod q; ius prohibeat recessum quoad habitatiōe in hoc euentu. c. porro, & c. significati, de diuor. Sed audiendus non est. Quia hi rēxius procedunt in foro externo, & ratione scandali.

32] Hinc deducitur primū, cessante scandalo licitā esse hanc dimissionē. Vt si vir cōfiteas adulterij vxoris, in partes longinquas recedat, vbi matrimoniu ignoratur. Quia rota ratio prohibitionis huius dimissionis, est scandalu. Sic Turrec. Sorus, Bellar. Barbosa, Enriquez. n. p. c. d. 1. p. de diuortio, art. 1. diffic. 3. Graffis. 1. p. decisionū, lib. 2. c. 84. nu. 5. Emmanuel Sa. sum. verb. diuortium. n. 1. Vega. 1. tomo sum. c. 13. ca. 1. Cañedo summa sacramentorum, de matrimonio. c. 7. n. 56. Quāuis serupulose loquatur Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 4. conel. 2. n. 29. dicens posse virum sibi ius dicere, si nequeat adulterium probare. Et timide etiam loquuntur Veracruz. 3. par. speculi, ar. 5. conel. 3. & Ouandus. 4. dist. 35. quęst. vnica, propositione. 2. vbi aiunt probabile esse licere hanc dimissionem, si non ef-

set facilis aditus ad iudicem, nec scandalum: secus si esset facilis aditus. Sed hac moderatione non opus est: & semper cessante scandalo licita est talis dimissio. Quia nunquam est facilis aditus ad iudicem. Cū enim in rebus Ecclesiasticis tres conformes sententię desiderentur, diu durant, magnisque sumptibus opus est: ac litis exitus ignoratur: & dum cadurat, cogetur innocens reddere debitum, & cohabitare, & reuēns excommunicabitur.

Secundō deducitur, vbi matrimonium esset clandestinum, posse innocētē propria auctoritate recedere. Quoniam cessat scandalum. Sic Riar. 4. d. 3. ar. 1. q. 3. Supplementum Gabrielis. q. vnica. ar. 2. conel. 5. Sylu. verb. diuortium. q. 8. vbi Armil. n. 7. Añensis summa. 2. p. lib. 8. tit. 1. ar. 3. q. 17. Turrec. c. seculares. 33. q. 2. nu. 1. Sorus. 4. d. 36. q. vnica, art. 3. conel. 2. Petrus de Ledesma de matrim. quaest. 62. ar. 3. fine. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 17. num. 2. Sed. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 21. §. 5. re. lata hac sententia non videtur illi assentiri: sed subdit videri teneri cum coniugem manifestare id matrimonium Ecclesię, ad vitanda pericula, quę inde oriri possent. Et Veracruz. 3. par. speculi, artic. 5. in fine probationum prima conclusionis: Palacios. 4. d. 27. disp. 3. columna. 14. fol. 599. Bartholomęus a Ledesma de matrim. dub. 67. conel. 2. dicunt non esse locum huic casui, post decretum Tridentini session. 24. de matrimonio capit. 1. irritantis matrimonia clandestina. At verum est locū esse etiam huic casui post Tridentinum: vt bene docet Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 17. numer. 2. vt si matrimonium iam ita occultum sit, vt probari nequeat. Quia defuncti sunt Parochus, & testes, & amissus, aut ruptus est liber, in quo contrahentes scripti sunt: fateor: tamen rarō hanc casum euenire.

34] Tertio inferitur, Ecclesię compelli vt innocēs admittat ad habitatiōe, coniugē adulterium occultū, donec licis decidatur, non teneri innocētē parere, ex natura rei: sicut nec tenetur, quando cōpellit, vt reddat debitum: iuxta. n. 5. dista. Quoniam in vtroq; casu sententia Ecclesię inniditur falsa p̄sumptione. At tenetur parere, dum ad loca remota non se contulerit, ratione scandali, quod in hoc euentu semper subsequetur: cū separatio habitatiōis publica sit. Quod non contingit in debiti

conjugalis negatione, quę omninō in occulto est. Atq; ita intelligo Sorū. 4. d. 36. quęst. vnica, ar. 1. ad finem corporis, ver. alia est ambiguitas. Et Bartholomęum a Ledesma dubio. 67. de matrim. conel. 3. dicentes non teneri virum parere Ecclesię p̄cipienti vt debitum reddat vxori adulterę, posse tamen compelli, vt eam domiret, & alat. Quod idein docet Vega. 1. tomo summa. cap. 78. casu. 5. vbi clarę constituunt differentiam inter debitum coniugale, & habitatiōem: & videntur sentire obligari ad obediendū quoad habitatiōem. Sed vt dixi, hanc obligationem intelligo confurgere ex solo vitandū scandali p̄cepto, quod communiter ex negatione habitatiōis oriri solet. Et eodem modo intelligo Abulensem capit. 19. Matth. quęst. 72. docentem teneri innocētē parere Ecclesię p̄cipiēti ad missionem coniugis adulteri.

35] Quartō inferitur, coniugem adulterium occultum expulsum, qui nouit innocētē esse certum de adulterio, non posse in foro conscientię petere restitutionem ad cohabitatiōem: secus si ignoret num cōiux innocens certus sit, sicut circa debiti redditiōem diximus, nu. 8. Et omnia quę ibi diximus circa debitum, sunt dicenda circa habitatiōem. Quia vt innocens in conscientia priuē adulterium debito, & habitatiōe, nulla desiderat sententiā, vt probauimus. n. 31.

36] Quintō inferitur, qualiter excusetur à culpa factum D. Ioseph, qui (vt refertur Matth. 1.) voluit à Virginis consortio recedere, ob suspiciōem adulterij occultri. Cum enim virgo esset coniugata, ex partu in vtero conceptio non poterat adulterium cōstare, nisi soli Ioseph, qui norat se eam minimē cognouisse. Et quidē plerique D. Ioseph excusant, dicentes cum noluisse à Virgine recedere, ob adulterij suspiciōem, sed ob eximiam sanctitatis eius reuerentiam, quasi eius consortio indignū se reputatē. Sic Origenes homilia. 1. in diuersos Euangelistas. D. Bernardus homilia in ea verba Lucę. 1. Missus est Angelus. D. Thom. 4. dist. 35. quęst. vnica, art. 3. ad 2. Ricardus ibi, art. 1. quęst. 3. ad 1. Palud quęst. 1. artic. 4. conel. 6. num. 32. Sorus. 4. dist. 36. quęst. vnica, ar. 3. ad 1. Turrec. c. seculares. 33. q. 2. num. 2. in solutione ad primū. Sed non placet hęc excusatio, quoniam videtur ex ipso contextu literę Matth. 1. colligi, noluisse Ioseph

ob reuerentiam, sed ob adulterij suspiciōem recedere. Quoniam Angelus excusans Virginem, & suadens Ioseph ne recedat: ea vitur ratione. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Quod si Ioseph reuerentia adductus Virginis, eam deserere statuisset: ob eam rationem quod factus de Spiritu sancto conceptus sit, ad maiorem reuerentiā induceretur, ac proinde fortiori ratione pareret recessum. Atque idō ex suspiciōe adulterij animum recedendi subortum esse, testantur. D. Chrysostomus Matth. 1. & in homilia de sancta Susanna. D. August. Epistola. 54. & sermone. 16. de verbis Domini: & sermone. 18. de tempore. Theophylactus, & Eutimius Matth. 1. Abulensis Matth. 19. quęstion. 72. ad 2. & similiter reprobat hęc intelledum Maldonado in eundem locū Matth. 1. Suarez. 3. part. quęst. 29. artic. 1. sectione. 2. Vnde melius excusatur Ioseph à culpa, eod quod occulte erat dimissio, & absque scandalo, quę licita est in foro conscientię.

37] Vltimō inferitur, quid dicendum sit, quando constat coniugi matrimoniu fuisse inualidum, vel ob consanguinitatem, vel ob quodcunq; aliud impedimentum dirimens: num liceat illi propria auctoritate diuertere, ita vt coniux dimissus minimē sit restituendus? Veracruz. 3. par. speculi, articulo. 9. dicit minimē licere, quando in facie Ecclesię, id est coram Parocho, & testibus initum est matrimonium (vt necessariō attentō Tridentin. decreto session. 24. capit. 1. de matrim. hodie celebrari debet:) si iudex Ecclesiasticus facili adiri potest: secus vbi difficilis esset aditus, & separatio absque scandalo fieri posset. Verūm dictis adherendo, asserendum est, in foro conscientię licitum esse recessum propria auctoritate, si absque scandalo id efficit possit: vt in longinqua fugiendo. At in foro externo concedi restitutionem, quāuis impedimentum sit notorium: per capit. porro, de diuor. vt numer. sequenti contra aliquos diceamus: vbi reddemus rationem differentię, cur coniux adulter notorius minimē restituatur: & secus sit, vbi est impedimentum notorium dirimens matrimonium. Quod si probationes impedimenti etiam non notorii offerantur in continenti, restitutiō concedatur quoad omnia, & depra copula carnali, propter peccati periculum: probationi-

bus verò non in continenti oblati, erit coniux dimissus restituendus quoad omnia. Vt deciditur capit. literas, de restit. spoliat. & satis explicui, numero. 22. probans eam decisionem locum habere in quacunque consanguinitate, & quocunque impedimento iure etiam humano dirimenti. Et quando dicantur probationes in continenti oblatæ, dixi, numer. 23.

38 Tandem superest soluere argumenta proposita, numer. 11. & 12. Et solutio primi argumenti propositi, numer. 11. & primi propositi, numer. 12. magnum multis Doctoribus faceit negotium, circa conciliationem textuum capit. porro, & cap. significasti, de diuort. qui secum è diametro pugnare videntur (vt numer. 10. aduertimus.) Et ided Doctores varias conciliationes afferunt. Prima est, vt caput porro loquatur de notorio, quod certò probari nequit, sed ex præsumptionibus, quale est consanguinitas. Filiatio enim verè probari nequit, sed ex varijs præsumptionibus. Vt notatur capit. Michael, de filijs presbyt. At caput. significasti, de notorio facti, quod clarè constare potest: quale est adulterium. Ita Anton. dicit. cap. porro, numer. 9. Sed meritò rejiciunt eam Abbas eod. cap. porro, numer. 9. & ibi Alexander de Neuo, numer. 11. Quia notorium illud præsumptionis sufficit vt Ecclesia declaret illud matrimonium fuisse nullum. Vt constat ex eod. cap. porro, in fine: ergo à fortiori sufficere ad repellendū coniugem à petitione restitutionis. Deinde, quia adulterium consummatum quale ad diuortii desideratur, nequit certò probari: sed ex præsumptionibus constare debet (vt dicemus, nu. 40.) Secunda conciliatio est: vt cap. porro non statutum sit, concedendam esse restitutionem vxori expulsa ob notoriam consanguinitatem: sed id tantum prohiberi, ne vir tunc propria autoritate à se vxorem expellat, etiam si notoria sit consanguinitas. At si ipsa expelleret, licet temerè fecisset, non esset compellendus ad restitutionem. Quia multa fieri prohibentur, quæ tamen semel facta non cassantur. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui iuris. Quòd si opponas, eod. cap. porro restitui vxorem dimissam ob notoriam consanguinitatem: respondent Anton. & Dominicus statim allegandi. consanguinitatem illam non fuisse notoriam: & ided restitui vxorem di-

missam: nec Pontifex affirmat fuisse notoriam: sed quamvis esset notoria, dicit non esse vxorem propria autoritate expellendam. At. d. c. significasti, non deciditur posse vxorem notoriè adulterantem expelli propria autoritate viri: sed vxorem sic expulsum, quamvis temerè, minimè esse restituendam. Ita Anton. d. c. porro, numer. 9. & ibi Abb. nu. 9. Alexan. de Neuo, nu. 11. Cardin. ibi. nu. 3. oppositio. 3. & d. c. significasti, num. 2. oppositio. 1. Immola. c. ex conuisione, nu. 6. de restit. spoliat. Dominicus. c. finali, nu. 13. eodem tit. in 6. Lanfrancus rubr. de causa possess. & proprietat. col. 5. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. num. 12. Sed hanc reprobata son. l. naturaliter. §. nihil commune, num. 46. ff. de acquir. possess. Eò quòd esset imponere legem verbis, & non rebus: contra. l. 2. in fine. C. communia de lega. Et verè mihi displicet. Non enim capere possum, qualiter hæc coherereat: vxor non potest expelli ob notoriam consanguinitatem: & si temerè tunc expellatur, non est restituenda. Quia radix huius restitutionis est iniqua spoliatio: ergo si data notoria consanguinitate, est iniqua, & temeraria spoliatio: concedenda est vxori sic spoliata restitutio. Quod non obscure deducitur ex ipso met. cap. porro, vbi postquam dixit Pontifex, data consanguinitate notoria non potuisse vxorem sola viri autoritate repelli: inde colligit vxori restitutionem denegandam non esse: his verbis. *Quare ipsum ad eam recipiendam qua potest restitutionem, compellas.* Tertia conciliatio est: diuersam esse rationem inter consanguinitatem notoriam, de qua loquitur textus. d. cap. porro, & inter adulterium notorium, de quo est sermo in dicit. capit. significasti. Quoniam exceptio consanguinitatis notoriæ non concludit omnimodum proprietatis defectum. Possunt enim tales consanguinei simul habitare tanquam frater, & soror capit. consultationi, de frigidis & maleficis, ad mutua sibi metipsis obsequia exhibenda: ac proinde nil mirum, si ob eam exceptionem non permittatur vxoris expulsio, ac vxori concedatur restitutio. Adulterium verò notorium concludit integram possessionis defectum. Si enim vxorem vir innocens, ac adulterij confcis notorij, domi retineret, censetur remittere, ac subinde non poterit diuortium petere. Vt disp. 14. dicemus. Ita Anton. capit. ex

conuisione, num. 21. de restit. spoliat. Abb. d. c. porro, num. 9. Alexan. de Neuo, num. 11. Sed hanc conciliationem reprobat son. l. naturaliter. §. nihil commune, num. 46. ff. de acquir. possess. eò quòd non exhauriant difficultatem. Et verè ita res habet: Nam si ob adulterium licitus est recessus, cum verè maneat matrimonij vinculum, & licita sit copula: cur non licebit recedere ob notoriam consanguinitatem. Cum vinculum matrimonij non sit legitimum: & habitatio instar fratris & sororis, sit grauissimo periculo exposita. Quarta conciliatio est: quòd caput porro loquitur in notoria proprietatis defectu, ad quem concludendum est necessario expectanda sententia. c. verò significasti, in notorio possessionis defectu: qui tunc non conseruat proprietatem ipsam, sed solam possessionem, sententia minimè indiget: sed impedit restitutionem. Sic Anton. d. capit. porro, numer. 9. Præpositus. 3. questio. 1. in summa. Iason. l. naturaliter. §. nihil commune, numer. 46. ff. de acquirend. possess. Sed rationem differentie minimè assignant. Et ided eam rejicit Couarrub. 4. decret. 2. par. capit. 7. §. 5. numer. 11. Quinta conciliatio est, vt caput porro loquatur in consanguinitate notoria, cuius exceptio minimè restitutionem impedit. At capit. significasti, in adulterio notorio, quod restitutioni faciendæ obstat. Sic Nauar. lib. 3. consil. tit. de conuersi. coniug. in prioribus editionibus, consil. 6. numer. 2. in posterioribus, consil. 11. numer. 2. Et rationem differentie dicit se reddidisse in suis prælectionibus. Et in quantum ait in consanguinitate notoria desiderari sententiam Ecclesiæ, concordant Glossa cap. ex conuisione, verb. sine iudicio, de restit. spoliat. & ibi Anton. num. 11. Sexta conciliatio est, vt cap. porro loquatur in notoria consanguinitate, quæ celari aliquo modo potest. At capit. significasti, in ita notorio adulterio, vt nulla tergiuersatione celari queat. Notorium autem tunc solum impedit restitutionem, quando tale est vt nullo modo tegi valeat. Vt num. 25. probauimus. Sic conciliant Syluest. verb. diuortium questio. 8. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. par. numer. 26. Sed non explicant qualiter consanguinitas notoria possit aliqua tergiuersatione celari. Quod sic explicandum est. Quia capit. significasti, fuit exceptio adulterij, & sic meri facti,

quod nullatenus poterat infringi, & mutari: atque ita nulla tergiuersatione celari. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquirend. possess. Sicque si de adulterio constabat, non poterat aliqua tergiuersatione celari defectus tituli. At data notoria consanguinitate poterant contraxisse ex dispensatione: & ita iustum habere titulum spoliata vxor: ideoque potuit aliqua tergiuersatione celari defectus tituli, ac proinde restitui. Sed quamvis verum sit in se, non quòdemq; notorium, impedire restitutionem, sed quando est tale, vt nulla tergiuersatione celari possit. At valde difficile est explicare, qualiter consanguinitas illa possit tergiuersatione celari, tatione dispensationis, que potuit validum reddere matrimonium. Quoniam similiter dici posset adulterium notorium quatenus ad diuortium confert, posse tergiuersatione celari: allegando, nimirum, simile viri spoliatis adulterium: vel ipsum adulterium conuulisse. Quòd si dicas id tanquam viri delictum minimè præsumi. l. merito. ff. pro socio. Similiter dicam dispensationem non præsumi in fauorem coniugis spoliati ratione consanguinitatis: Cum sit quid facti, Adde etiam ob stare fortissimè, illum coniugem ob consanguinitatem spoliatum habere contra se præsumptionem iuris communis irritantis matrimonium inter consanguineos: quo in euentu restituendus non est, nisi titulum probeat. Vt statim dicemus iuxta caput. ad decimas, de restit. spoliat. 6. & sic quamvis id coniugium sit in facie Ecclesiæ inritum, præsumptio stat contra ipsum, ob resistantiam iuris communis. Atque ad eod. coniugi spoliato statim pro illo, incumbit onus probandi dispensationem, qua redditum est validum. Vltima conciliatio est, quam aduoxi ex multis Doctoribus, numer. 30. vt caput significasti, intelligatur quando adulterium est commissum post spolium. At cap. porro, quando ante spolium. Sed ibi reprobaui. Ex his constat quàm difficilis sit huiusmodi textuum conciliatio. Sed placet decisionem. c. porro, esse specialem in consanguinitate, & in quocunque impedimento dirimenti, eadem enim est ratio: in quo casu separatio non tantum tendit ad spoliandum possessione coniugem dimissum, sed etiam proprietate, ipsosque matrimonij vinculo. Atque adeo iusta ratione deciditur, d. c. porro, nullum notorium ad

id sufficere, sed expectandam esse Ecclesie sententiam. Sicut enim eius autoritate vinculum matrimonij colligatum est, ita eius iudicio oportet dissolui. Per easdem enim causas res nascitur, & dissoluitur, capit. 1. de regulis iuris. Adde etiam rem hanc esse grauissimam, quia ratione nequitatis declaratur vinculum ipsum matrimonij fuisse irritum, ac proinde vtrumque coniugem tanquam solutum posse liberè ad alias nuptias transire. Quare merito reseruat iudicio Ecclesie decidenda: & interim coniux spoliatus cogitur ad spoliatum redire. At separatio ratione adulterij, est quoad sola obsequia coniugalia, manenti vinculo matrimonij illeso: & neutri licet aliud matrimonium inire. Et ideo nil mirum, si Ecclesia iudicium non desideret, sed contenta sit ad iudicium ita notorium vt nulla possit tergiversatione celari. Et ita placent mihi quarta, & quinta conciliatio relata, quæ in hoc conueniunt, vt sit speciale in consanguinitate, & quoties agitur de proprietatis defectu, vt contingit in alijs impedimentis dirimentibus. Ad secundum argumentum ex propositis, numero 11. dic non esse propriè penam, sed tanquam conditionem in ipso matrimonij contractu imbitam. Vt de negatione debiti coniugalis ob adulterium, dixi numero 5. Ad confirmationem dic decisionem dic. cap. porro, esse specialem in consanguinitate, vt proximè probaui. Ad primum argumentum ex propositis, numero 12. dic cum textum intelligi de ita notorio adulterio, vt nulla tergiversatione celari valeat. Ad secundum dic eodem modo intelligi illud cap. ex parte. Ad tertium & confirmationem, dic in eod. cap. ad decimas, esse speciale: eo quod ius commune resistit possessioni spoliati, quæ resistantia constat ex forma libelli propositi ab ipso ad petendam restitutionem. Vnde Archid. libi numero 1. Dominicus, numero 13. Francus, numero 3. eam regulam generalem ex eorum eliciunt, vt restitutio concedenda non sit spoliato, quoties est verisimilis præsumptio iniuste possessionis contra ipsum, eo quod possessioni illi ius commune resistit: & resistantia illa iuris constat ex libello proposito. Ad vltimum dic non omnino cessare scandalum, nisi quando ita notum est adulterium, vt nullatenus celari possit.

**S V M M A R I V M.**  
**V**t coniux innocens possit in foro conscientie ab adultera diuertere, si sit esse si certo notor adulterium, quamuis scilicet probare nequeat, nu. 39.  
 Desideratur ea iudicia, que in foro externo probata conuincunt de adulterio. Et adulterium non potest verè probari, sed probationibus ex præsumptionibus, petitis, nu. 40.  
 Desideratur ad concludendum adulterium suspicio violenta. Et enodatur caput. dicitur Dominus. 32. quæst. 1. & c. maritus, de adulter. n. 41.  
 An ita suspiciat in foro conscientia suspicio violenta, vt non oporteat coniugem sic suspicari audiri, quod diuortium sit. nu. 42.  
 Quando dicatur suspicio violenta. nu. 43.  
 Sufficit alia similis vehementer viro prudenti sua dicens, nu. 44.  
 An sufficiat, si solus cum sola in loco secreto, & absisteret peritus sit. nu. 45.  
 An intucantur hanc suspensionem violentam plene probantem adulterium, oscula, & amplexus referuntur quædam sententia. n. 46.  
 Sententia Authoris: & explicatur. 1. quod aliter ff. ad l. l. i. de adul. & c. nec aliqua 27. q. 1. n. 47.  
 Non inducunt violentam suspensionem adulterij verba amatoria, nec licentia, nec xeni, nec quis gloriatur se cum vxore alienius concubuisse. n. 48.  
 An sufficiat tanquam suspicio violenta, confessio coniugis asserentis proprium adulterium. nu. 49.  
 An sufficiat ea confessio, quando cedit in detrimentum professionis. nu. 50. & explicatur c. penultimum, de rapto.  
 An suspicio violenta probanda sit testibus omnino exceptione maioribus, & non singularibus. Et an in foro conscientia fiat sit eam asserimet quidam si dignus. nu. 51.  
 An vir suspicians vxoris adulterium, possit eam cum testibus obseruare? Et custos memoris an possit se abscondere in illud ingredi, deprehendatur? Et an liceat parentibus, vel heris, occasionem permittere, seu non auferre furandis, filijs, vel famulis, vt deprehensos corrigantur? Et an vir possit celebrari dno. trium ouid adulterium, quod vxorem obseruans permittit. nu. 52.  
 An liceat offerre occasionem filijs, vel famulis furandis, & vxori adulterando, vt corrigantur. nu. 53.  
 An possit vir cum vxore pariter, vt adulterij

eius castitatem violare tentanti, concedatur tempus, & locum, vt amarus ipse deprehendatur. nu. 54.

**Q**uestio tertia. Qualis notitia adulterij desideretur, vt coniux innocens possit in foro conscientie ab adultero diuertere, eiq; debitum negare? Prima conclusio. Desideratur ad id, vt coniux innocens certus sit de alterius adulterio. Cum enim possessio sit pro altero coniuge, ea in dubio priuari minimè debet. Et ita omnes Doctores, numero 5. allegati hanc certitudinem petunt. Nec exigitur vt id testibus probari valeat. Id enim ad forum externum pertinet, quod iuxta allegata, & probata ius dicit.  
 Secunda conclusio. Nō desideratur certitudo metaphysica, sed factis est moralis, qualis habetur per ea iudicia, que in foro externo probata conuincunt coniugem de adulterio. Ita Vincentius (speculo doctinali, tom. 2. lib. 10. c. 41. Allen. sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. art. 3. q. 5. Sorus. 4. d. 36. q. vnicar. 3. post. 3. conclusio, vers. circa singulas. Barthol. à Ledesma de matrim. dub. 07. in notabili post. 1. conclusionem. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. ar. 3. notabili. 1. Vega. 1. tomo summa. c. 13. casu. 4. & cōstat ex D. Hiero. in c. 19. Mat. & refertur c. dixit Dominus. 32. q. 1. ibi. Vbiq; est fornicatio, vel fornicationi suspicio, libere dimittitur vxor. Et ratio est, quia cum adulterij sit ex illis criminibus, quæ in abdito loco, & omnino occulte admittuntur. l. consensu. C. de repudijs, est difficillimum probatu: nec verè probari potest, sed ex probationibus petitis ex præsumptionibus concluditur. Quod adeo verū est, vt si quispiā nudus supra nudā sceminam in ipso actu reperitur, nō verè, & metaphysica certitudine constet adulterij consummatum, quale ad diuortij exigitur. Vt multis citatis aduertit Mascardus de probat. concl. 59. nu. 4. & sequentibus. Et Menochius de præsum. lib. 5. præsump. 41. nu. 12. Quoniam fieri potest vt femina sit arcta, vel vir impotens, aut minimè seminarit intra vas. Vnde fit vt non tam exactæ probationes petendæ sint, ac in alijs criminibus, quæ oculis parent, palq; perpetrantur: Vt alios referentes docent Mascardus de probat. concl. 57. nu. 8. Menochius. d. præsumptione. 41. n. 1. & cōf. 31. n. 18. & sequenti, volum. 1. Tandem id

constat ex c. literis, de præsumpt. vbi dicitur posse diuortij sententiam profecti, ob violentam ad alterij suspensionem.  
 Tertia conclusio. Non sufficit quocumque suspicio probabilis, sed desideratur suspicio violenta. Quia hæc sufficit ad eod. nonandum. c. asserit, & c. literis, de præsumpt. Et maximè in adulterio, quod verè probari nequit (vt num. præcedenti diximus.) Vnde dam. c. dixit Dominus. 32. q. 1. dicitur, ob fornicationis suspensionem, libere posse vxorem dimitti, intelligitur de suspicione violenta. Ita tradunt Glossa eo. c. dixit Dominus, verb. suspicio, & c. maritus, verb. ex suspicione, de adult. Ita intelligens illum textum dicentem, posse maritum accufare vxorē, ob adulterij suspensionem. Et ibi Innoc. in vnicar. Host. vnicar. Abbas. n. 1. Idem Host. c. porro, nu. 3. de diuort. vbi Ioan. And. n. 3. Anton. 12. Anchar. n. 9. Alexander de Neuo. c. sig. notica lib. 3. de diuortijs. Berouis eabr. de iudicijs. n. 20. fin. Ioan. de Friburg. sum. confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 2. A. Item. sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 3. q. 5. Sylu. verba diuortium. q. 7. & verb. adulterij. q. 7. nu. 9. vbi Angelus. n. 8. Armit. n. vlti. m. Tabien. matrimonium. q. 2. n. 31. Turro. c. Christiana. nu. 1. 32. q. 5. Costanus de doctibus. c. 6. nu. 37. Monaldus summa, vbi de matrim. propter quid fiat diuortium, vers. item alia causa, Mascardus de probation. cōclus. 57. n. 6. Castra repetitio. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 205. Cantera. q. criminalibus. q. tangentibus punitionem delicti. c. 4. nu. 52. Et ex Theologis. D. Thome. 4. d. 35. q. vnicar. artic. 3. ad 4. D. Bonauen. 4. d. 32. art. 2. q. 2. Palud. 4. d. 27. q. 1. artic. 3. nu. 17. & d. 35. q. 1. ar. 1. nu. 9. D. Anto. 3. par. tit. 1. cap. 21. §. 5. Vincentius (speculo doctinali, tomo 2. lib. 10. c. 41. Sorus. 4. d. 36. q. vnicar. 3. post. 3. concl. vers. circa singulas. Vignier. lib. 1. tit. 1. c. 6. §. 7. vers. 9. impedimentis. Henriquez lib. 1. de matrim. c. 17. n. 2. Emmanuel Sa. sum. verb. diuort. nu. 3. vers. sufficit ad separationē. Angles florib. 5. p. de matrim. q. 9. de diuort. art. 1. diff. 3. concl. 3. Ludo. 1. o. p. p. instr. c. 295. §. ad hæc quæstio hæc. Vega. 1. tomo sum. c. 13. casu. 4. Barthol. à Ledesma. dub. 67. de matrim. notabili post. c. concl.  
 Sed quidā non ita simpliciter intelligūt sufficere suspensionem violentā, sed dicunt eam esse sufficientem, vt coniux innocens eum inuelligat alterius adulterij, & eo cognito diuortium celebrare. Et ita intel-

ligunt. c. dixit Dominus. 32. q. 1. dum ibi ait. D. Hieronymus, ob adulterij suspitionem liberè dimitti vxorem. Et ducuntur, quia non dixit Christus Matth. 5. & 19. ob suspitionem fornicationis, sed ob fornicationem posse diuortium celebrari. Ita Palacios. 4. d. 27. disp. 3. fol. 604. col. 2. 4. & sequenti, vers. sed non quid suspicio. Et d. 35. disp. vnic. col. 2. vers. sed quid si adulterium, dicit coniugem ob suspitionem violentam posse tantum ad tempus negare debitum, dum explorat veritatem. Idem videtur sentire Castro de lege pœnali, libro 2. cap. 4. §. v. igitur, ait enim data violenta suspitione posse coniugem innocentem alteri purgationem iniungere, quam si facere neglexerit, aut in ea defecerit, iuste posse illi debitum negare. At D. Hieronymus eod. cap. dixit Dominus, expressè auctoritatem Christi Matth. 5. & 19. explicans, ait ob fornicationem, vel fornicationis suspitionem dimitti liberè vxorem. Ac vniuersi Doctores, nu. præcedenti allegati existimant suspitionem violentà pro ducere sufficientem notitiam adulterij. Il lud enim debet esse cognitum, vnde cum dimittitur ob violentam adulterij suspitionem, verè ob adulterium dimittitur, quamuis non plene, & indubitata certitudine cognitum: ea enim est impossibilis (vt dixi. n. 40.) est tamen cognitum certitudine morali, & ex vrgenti præsumptione, quæ virum prudentissimum ad iudicium adulterium induceret. Et quæ probata in foro externo satis esset ad sententiã diuortij ferendam. Vt deciditur. c. literis, de præsumpt. Et durum est ad aliquid amplius discutendum, constringere coniugem innocentem. Quare displicet prædicta limitatio.

43 Quod si rogus, quando dicatur suspicio violenta sufficiens ad diuortij sententiã id deciditur. c. literis, de præsumpt. ibi. *Solum cum sola in dum cum nuda, in eodem lecto iacentem viderunt multis locis secretis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis. Responsum quod ex huiusmodi violenta, & certa suspitione fornicationis, potest sententiã diuortij promulgari. Et docent omnes.*

44 Non tamen id ita stricte accipiendum est, vt sola ea præsumptio explicata. d. c. literis, sit violenta: sed sufficit quæcumque alia similis, quæ vehemèter suadet cõiugis adulterium. Sic Castro. n. 42. allegatus. Et constat ex dicendis. n. sequentibus.

45 Hinc inferitur dici præsumptione violen-

tam, vt dicatur plene probatū adulterij, quando quis solus cū sola in loco abscondito inuentus est. Ita Menochius alijs relatis, de præsumpt. lib. 3. præsum. 41. n. 11. & duplici sequenti. Sed ita generaliter id nõ credo. Nec Glossa. c. præterea, verb. conficiis, de testib. & attestat. quã pro se allegat, ita generaliter loquitur: sed quando quis reperi- tus est solus cum sola in lecto, vel nudus cum nuda. Et ita Astenf. summ. 2. part. lib. 8. tit. 11. ar. 3. q. 5. dicit non satis esse so- lum cum sola in locis suspectis reperiri, nisi in eodem lecto, & hora apta ad concubi- tū. Quia prior suspicio est probabilis, sed non violenta. Quod idem colligitur ex c. literis, de præsumpt. Et bene docuit Nau. rubrica de iudicijs, num. 10. dicens id non sufficere, nisi alia circumstantia adijcian- tur, loci, temporis, vel personarū. Et licet multi quos ibi refert, dicant sufficere si in loco secreto deprehendantur se amplexa- tes, & osculantes. At ipse cum alijs ait, id non satis esse, nisi probetur tanto tempo- ris spatio in eo loco secreto eos fuisse, vt possent adulterium committere.

46 Sed vtrum oscula, & amplexus efficiant suspitionem violentam, ita vt ex eis ple- ne probetur adulterium? Affirmant quidam. Et ducuntur ex. l. quod ait lex. 23. ff. ad. l. Iuliam, de adulter. vbi habetur fas esse patri filiam in his actibus inuentam occidere, sicut inuentam in adulterio. Et ex. c. nec aliqua. 27. q. 1. Ex quo textu habe- tur adulterium ita iudicari ex aduimpudi- co, & venereo, sicut ex cõsummato. Quia sunt hæc preparatiã ad adulterium. Huius sententiæ videtur gl. eod. c. nec aliqua, verb. concubitus, dicit enim ex amplexu- bus, & confabulationibus deprehendi alij quã esse corruptã. Et videtur tenere gl. d. l. quod ait lex, verb. in ijs, vbi ait ex his actibus arguimur sceleris induci. Idẽ tenent Ruin. cõf. 162. n. 4. vol. 4. Decius rubric. de iudicijs. n. 5. Felin. c. præterea. n. 3. vers. & dicas, de testib. & attest. Bellon. rubri. C. de edendo. n. 81. Et multos referẽtes Bursatus conf. 218. n. 3. vol. 2. Mascardus de probat. concl. 57. n. 5. & concl. 64. à nu. 1. ad. 5. Et fauet valde Couar. 4. decr. s. p. c. 7. §. 6. n. 3. qui dixit mulierem reddi valde suspectam ex osculo, ita vt prudẽs arbitrio suspicio hæc pro indubitata, & violenta haberi possit. Eiusdẽ sententiã vi- dentur Sortus. 4. d. 35. q. vnic. ar. 3. post. 3. concl. vers. circa singulas Bart. à Led. d. ubi. 67. de matri. in notabili post. 1. cõcl. Graf.

1. p. decif. lib. 2. c. 84. num. 5. Vega. 1. tom. sum. c. 13. casu. 4. dicunt enim sufficere si adulteri in eodem lecto reperiantur, aut aliter amplexati. Idem tenet Azebedo lib. 8. recop. tit. 20. rubrica. n. 14.

47 Sed omnino tenendum est, non induci violentam suspitionem adulterij ex solis osculis, & amplexibus, quando alia admi- nicula non concurrunt. Probatur ex. l. 1. ff. de extraordin. crimin. relata. c. sollicitatores, de pœni. d. 1. vbi imponitur extraor- dinaria pœna sollicitatori alienæ vxoris. Et glo. ea. l. 1. verb. damna. ff. de pœnis. Os- cula autẽ, & amplexus nec à natura, nec à lege pro vrgenti coniectura admittuntur: nec etiam ab homine recipi debet: cū nul- la vrgens ratio id suadet. Nec obstat. l. quod ait lex, allegata. n. precedenti pro cõ- traria sententiã, quia solum probat licere patri iuxta illum textum, impudicẽ occide- re filiam repertã in ijs actibus impudicis, sicut inuentam in adulterio, non tamẽ pro- bat inde cõnuinci adulterium. Similiter non obstat cap. nec aliqua, vbi allegatum: quia tantum ex eo probatur illa esse indi- cia deprauatæ voluntatis adulterandi. At- quocirca tenent Ripa rubr. de iudicijs, nu. 23. Et ibi Berolius. n. 20. sine. Naua. ibi. nu. 10. Michael Calidonius ibi. n. 71. & sequẽ- tibus. Riminaldus ibi. n. 10. & sequẽtibus. Iulius Clarus lib. 3. recoparum. §. adu- lterium. n. 16. vers. & scias. Menochius alios allegans de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 41. nu. 28. & sequentibus. Perez lib. 8. ordina- menti, tit. 15. l. 12. fol. 292. vers. sed est du- bium vtrum ex osculo. Padilla. l. transige- re nu. 87. C. de transact. Cantera. q. crimi- nalibus. q. tangentibus punitionem deli- cti. 4. num. 52. Barbofa alios referens. l. 2. p. 1. num. 73. ff. solut. matrim. Palacios. 4. d. 27. disp. 3. folio. 604. columna. 2. 4. & sequenti, vers. sed non quid suspicio Ludo- uicus Lopez. 1. part. instruct. cap. 295. §. ad hæc quæstio hæc.

48 Nec à fortiori sufficientem cenã missa ab adultero vxori alienæ, aut verba amato-

ria, vt probetur adulterium. Quia minora indicia sunt amplexibus, & osculis. Ita Pa- lacios, num. præcedenti allegatus. Nec si- militer satis erit, si quis gloriatur se cum vxore alicuius concubuisse. Quoniam nõ valet confessio in alterius præiudicium. c. 1. de confessio. cap. significasti, de adulterij. l. finali. C. de accusat. Sic Abbas cap. quã- sit graue, num. 2. notabili vltimo, de excessibus prælatorum. Caetera repetitione. cad- limina. 30. quæst. 1. §. 4. num. 210. Delite- ris verò amatorijs non concordant Do- ctores. Nam quando reperte sunt literæ amatoriz ipsius mulieris, probari adu- lterium asserunt Parisius conf. 54. in fine, vo- lum. 4. Mascardus de probat. concluf. 63. numer. 10. in fine. Id autem negat En- riq. quæst. lib. 11. de matrimo. cap. 17. num. 2. Sed Menochius de præsumpt. lib. 3. præ- sumpt. 41. in fine, & conset id iudicij arbi- trario remittendum pro literarum tenore. Vnde dicit, si mulier in eis præteritum concubitum fateretur, rem esse mani- festam contra eam: si verò essent literæ, argue- bus vtrum induceret ad accessum, argue- re adulterium committendum, non tam- en commissum. Caeterum existimo non sufficere probari adulterium, licet in eis mulier proprium adulterium fateatur. Quia confessio extrajudicialis, qualis est hæc, non plene probat, sed constituit indicium sufficiens ad torturam. Vnde docent Abbas cap. quã sit graue, num. 2. de excessibus prælat. Et multis citatis Mas- cardus de probat. concluf. 30. nu. 1. & se- quentibus. Et constabit ex dicendis, nu- sequenti, vbi dicemus quid desideretur, vt ea confessio probeat.

49 Satis autem est confessio coniugis asse- rentis proprium adulterium, vt illud pro- batum cõfiteatur. Habetur expressè. c. penul- timo. de adulter. ibi. *Madamus quatenus nisi eibi confiteris, vel per euidens am rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adu- lterata sponte fuisset, ipsam recipere compellat eandem.* Quod intelligitur, quando cõ- fessio facta est in iudicio. Vt docet ibi gl. verb. confessione. Host. ibi. n. 1. de gl. ea. verb. patrone. 3. q. 1. Quia hæc facit noto- rium iudiciale: extra iudiciũ autẽ facta nõ plene probat, sed inducit sufficiens indi- cium ad torturã. Vt. n. præcedenti probauit.

50 Imò si iam cõiugis innocens reputatus e- miserit professionem, & proprium adu- lterium ante professionem cõmissum fateatur, vt sic cõmpensentur adulteria, & coniugi

manenti in seculo concedatur repetitio illius coniugis iam professi, vt pote qui cōpēlati adulterij profiteri nō potuit. Cre dendū esse illi confessioni aduersus religionis professionē, & in fauorē instaurationis matrimonij, docent Hostien. c. veniens. n. 7. de conuers. coniug. & ibi Ioannes Andr. sine. Anton. sine. Anchari. sine. Et probant ex c. penultimo, de raptor. ex quo constat vxorem professam absque vi ri licētia, ei restituenda fore: si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium, vbi Glossa ver. mulieris, asserit aliud esse in matrimonio carnali, & aliud in spirituali. Quia in illo non statur confessioni mulieris, in matrimonij præiudicium: secus vero in hoc. Sed aduersus hanc doctrinam fortiter vrget, diuersam longē rationem esse, quando solum diuortium intrentur. Tunc enim solius coniugis adulteri præiudicium veritur: innocens enim potest iniuriam condonare: & sic nil mirum est, si confessio ni adulteri plena fides habeatur. At vbi confessio coniugis tendit contra professionem, est in monasterij præiudicium. Et proinde non videtur credendum. Confessio enim aduersus ipsum meritum confessionem valet, non vero contra tertium. Itaque, in principio, & c. de confessionis. Deinde, quia, c. vidua, de regular. decidit ne noitiam actibus professarum se ingerentem, ceteri professam, licet iure iurando defectum animi profiteri astringerent. Nō ergo proprie confessioni creditur in professionis præiudicium. Tertio, quia ad matrimonij carnalis dissolutionem, minimè statatur coniugis confessioni. c. super eo, de eo qui cognouit sanguin. Et redditur ibi ratio: eo quod saepe aduersus matrimonium vt illud dirimatur, coniuges inter se colluderent. Quae ratio & quae militat in religionis professione. Quare doctrinam prædictam ita vniuersaliter, nō admittit Abbas c. veniens, sine, de conuers. coniug. sed tunc demum, quando vxor professam confessionem in iudicio præuiam matrimonij confirmationem, vel præcedēs adulterium, re vera stat pro ipsa professione, & superior conuenit eam confessionem fecit. Tunc enim non est verisimile eam conera se mentirac subinde confessio sibi præiudicat, ac monasterio. Atque ita intelligit Abbas ibi. c. penultimum, de raptor. pro priori doctrina allegatum. Idem Abbas eo cap. penultimo numero 6. & ibi Hof-

tien. numero 3. super verb. confessione, & ibi Anan. n. 6. *Quarta conclusio.* Quamuis adulterium plenè probari nequeat, at coniectura, & præsumptio violenta, quibus probandum est, sunt plenè probanda per testes non singulares, & omni exceptione maiores. Ita multis citatis, Burfatus consilio 435. numero 39. volumine 4. An autem dicantur testes singulares, si vicissim dicant se vidisse, vnum post alium: vel testis vnus dicat se vidisse vna die, & in vno loco, & alius alia die, & in alio loco. Consule Mascardum de probat. conclus. 39. n. 1. mero decimo septimo, & duplici sequenti, & conclusione 65a. numero 1. ad 3. In foro autem conscientie, existimo sufficientem esse noitiam, quod coniux innocens diuertere possit, si de adulterio sui coniugis certior fiat à persona fide dignissima, cui merito prudentissimus quisque fidem haberet, se vidisse adulterium, aut eius violentam suspicionem testant. Quoniam hoc certitudinem moralem efficit, quae satis est, vt probauimus numero 39. & 40. *Quinta conclusio.* Viro suspicanti adulterium vxoris, licitum est illam obseruare, cum testibus idoneis, vt eam possit de adulterio conuincere. Quoniam id nō est eius peccato cōiungere, sed vti eius malitia ad proprium commodum. Secundò, quia aliud est, rogare, consulere, vel iubere malum, quod nunquam licet: & aliud permittere, seu nō auferre mali occasionem, quod aliquando licet ob aliquod maius bonum. Sicut Deus mala permittit ob maius bonum. Ita D. Thom. 4. d. 35. quaest. vnic. ar. 3. ad 4. Sotus. 4. d. 36. q. vnic. ar. 3. sine. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. ar. 3. notabili. 1. Confert ad hoc quod tradunt Nauarrus Summa Hispana. cap. 28. additione ad num. 30. c. 14. §. la. 10. Corduba Summa. q. 5. corollario. 4. sine. Nauarra li. 3. de restit. c. 4. p. 1. dubio vltimo, in noua editione. n. 104. Emanuel Sa. S. S. ma. ver. peccatum. in 7. nimirum, non peccare parentes, vel heros, qui filijs, vel famulis nō auferunt aliquam furandi occasionem, cum eos ad furandum propensos norunt, vt sic in furto deprehensi resipiscant. Cōferr etiā, quia quouis custodes memorum se abscondentes, quod illud euas ingreditur libere, soluant; peccant, dēpendunt tanquā culpe mortalis rei: vt beatus docet Metinas de restit. quaestio. 12. Ar. exē-

tantur

sanitur à culpa, quando eo sine se obcondunt, vt semel deprehensi, caueant in futurum illuc redire. Vt tradunt Nauarrus summa cap. 17. hispanè, nu. 124. latinè, numero. 123. Nauarra eodem dubio vltimo, num. 103. Corduba summa quaest. 66. d. 2. ver. mas el daño. Valeria. 2. 2. disp. 5. q. 6. puncto. 5. dubio. 7. in fine. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 124. n. 7. Vega. 1. tomo summa cap. 120. casu. 1. columna. 4. Hinc inferitur, virum posse celebrare diuortium, ob adulterium illud in quo vxorem deprehendit. Quamuis id minimè possit ob adulterium, quod ipso sciēte, & tacenti vxor committit (vt diximus disp. 5. n. 5.) Quoniam id verum est, quando non habet iustum dissimulandi causam. Tunc enim est consensus. Secus in præsentia euentu in quo non dissimulat quasi consensus præbens, sed vel vt possit ipsam de adulterio conuincere: vel vt deprehensa desinat in futurum. *53* Sed an liceat eo sine offerre occasionem vxori, vt adulteretur, vel filijs, aut famulis, vt furentur? Nauarra, num. præcedenti allegatus, eo dubio vltimo, num. 104. id concedit. Sed melius Emmanuel Sa. verb. peccatum. 30. 7. id negat. Quia id nō solum est permittere: sed cooperari, & iustum concurrere. Quare non video quare ratione id excusari valeat. *54* Hinc inferitur, quid dicendum sit in ea questione. Num liceat viro pactum cū vxore inire, vt amatio eius castitatem violaretanti conuincat, concedens tempus, & locum non vt adulterium perficiat: sed vt in crimine deprehendatur? Id enim culpa vacare, docet plerique, d. 8. ex. l. i. quis seruo. 20. c. de furtis. ex. l. 8. tit. 14. par. 7.

vbi habetur seruo requisito ab aliquo de furto committendo, p. loq. auanciate Domino, & de consensu eius portante res aliquas domum persuadentis, vt hic in furto deprehenderetur, dari contra persuadentem, actionem furti: vbi lex videtur supponere actionem serui, & pactum cum Domino ininitum, licita fuisse. Aliis cum de consensu Domini res accepta sit, minimè actio forti daretur. Sic Paulus ea. l. si quis, notabil. 1. Iacobinus de Sancto. Georgio ibi. Ioannes Lupus. c. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. in principio. §. 29. n. 1. Cifuentes. l. 80. Tauri, sine. vbi Anton. Gomez, num. 65. Castillo proxiimo legū Tauri, folio. 6. columna. 4. vertical. & nota quod si Castellanus. Gomez Arias. l. 78. Tauri, num. 7. Gregor. Lopez. l. 8. verb. al. sijo, tit. 14. p. 7. Marien eo dialogo relatorum. 2. par. c. 33. n. 8. Azabedo lib. 8. recopil. tit. 20. l. 2. nu. 17. Sed Doctores hi non trahant de foro conscientie: dicunt enim id licere ad iniuriam afficiendū adulterum, aut furti iustorem. Quod in foro conscientie illicitū esse constat. Sed mens textus, & Doctorum est, vt. vt consensus ille non sit legitimus, & iustus, ne suades furtū possit de furto, & adulter ille de adulterio iuramento accusari. Vnde in foro conscientie id pactū illicitū esse censet. Nō enim est mera permissio, dum vxor conuincit adulterium molientis, sed est consensus. Ea enim verba sufficienter ad acceptationem cuiuscunq; donationis, aut legati, aut numeris sibi iniuncti. Permissio enim est alicui voluntatis circa negationem: id est, circa non impediendum: vt referens modos permissionis, tradit D. Th. 4. d. 35. q. 2. ar. 2. quaestio. 2. corpore.

DISPVTV. DECIMA TERTIA.

Vtrum vir teneatur vxorem in adulterio persistentem dimittere: aut resipiscentem admittere? Et idem de vxore, respectu viri adulteri?

SVMMARIVM.

**V**ir innocens non teneatur adulteram emendatam reconciliare. Et explicatur cap. quod autem. 3. q. 1. c. si vir, de adul. n. 3. Quid si iuxta facte, vt ipsam non accuset, dimittat vel au. 2.

Est est viro, vxori adulterae emendatae parceret, eamque sibi reconciliare. quous voluerit: & quando id consilium sit. Et explicatur cap. si vir, de adul. Et an possit adulteram in crimine persistentem reconciliare. n. 3. Referretur duplex sententia, num. 4. & 5.

81